

卷之三

THE
WATER
FALLS
OF
NIAGARA

THE HISTORY OF
THE CHURCH OF
ENGLAND

DEI gratia,
JANUSSIUS RADZIVIL, Dux Birza-
rum & Dubinckorum, Sacri Romanim-
perii Princeps, &c.
RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Vàm sit admirabilis & ingens cœlestis & aeterni DEI Patris erga nos homines bonitas & clementia, post alia evidentissima documenta, inde quoq; satis elucet, quòd Deus πλάνος ἐν ἐλέει petentibus cum fiducia, n̄ un- d̄e dicantur, semper plura elargiatur, quam vel ab eodem petamus, vel etiam expetere possumus, partim ut ostenderet τὸ εὐδαίμοντα πλοῦτον τῆς χρείας, supereminentem gratia opulentiam, partim etiam, ut homi- nes; tām multis, tamq; variis affecti beneficiis, ad majores erga Deum excitarentur laudes, ejusq; ἀγάπην τὸ εὐδαίμονα, dilectionem praeminentem & stupendam semper secum rimarentur, & perpetuis laudibus concelebrarent. Supra omnia enim, ὃν αὐτόν μεθεῖ νοέμεν, qua petimus aut cogitamus, cumulatissimè facit bo- nitas divina, ut Paulus testatur, & semper multò largior est in dando, quam sint homines in petendo audaciores. Experientiam rei huius vidimus in hesterno Evangelio. Paralyticus enim, qui non nisi corporis sanitatem petuit, cum ea peccatorum quoq; remissio- nem, & anima salutem à Deo impetravit. Sic Salomon, omnium quotquot solū vidit sapientissimus, petuit sapientiam, & ecce, divi- tias etiam impetravit. Rex Manasses veniam duntaxat peccatorum postulavit, & amissum ei Deus simul reddidit diadema & regnum. Nec sine causa: Vbi namq; fides promptior, ibi misericordia Dei largior, adeò, ut etiam sempiternā misericordiā homi- num pénitentiam agentium, se se misertum iri, per Esaiam verissimè promittat. Postulabimus itaq; & nos fide cum Ezechia rege morborum levamina, & prolongationem juxta vitæ impetrabimus. Solicitabimus cum Manasse veniam delictorum, & amissam quoq; peccato gratiam divinam & regnum aeternum haud dubiè consequemur. Beati siquidem, quorum remissa sunt iniquitates, n̄ ὃν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἀμαρτίαι, & quorum obiecta sunt peccata. Quapropter aeterna beatitudinis & immensa bonitatis divine si volumus esse participes, fide tām cœlestia quam temporalia petamus, nihil penitus dubitantes, divinam clementiam semper abun- dantiorem esse, quam postulationes nostras audaces, atq; adeò meliora quam petimus, pro sanitate videlicet corporis, sanitatem ani- ma, pro divitiis perituri, delicias in perpetuum valituras, pro vita fugacis prolixitate, vita durantis aeternitatem, pro indigentia sufficientiam, pro morte deniq; vitam perennem subministraturam. Quod ipsum suo quoq; loco unā cum multis aliis piis menti- bus experita fuit matrona honoratissima Anna, Viri Integritate præstantis, Dn. Johannis Born, civis Lipsensis uxor desideratissi- ma, quæ sicuti παθήματα & afflictiones Christi habuit plurimas; ita quoq; abundè gratiam suspiratoris sui & supereminentem dilec- tionem in vita ac morte unicè sensit. Intra oras a. luminis hujus pie denata producta fuit hic Lipsia, anno supra millesimum, quin- gentesimum, quinquagesimo septimo, XXVIII. M. Maij, à radice vetustâ & honoratissimâ, Patre nempe Dn. Bartholomæo Scherl, cive & senatore hic prudentissimo, matre vero Barbara Heugelianâ Vratislaviensi; & ab iungviciulis statim Christianæ pietati nihil non postposuit, eam haud vulgari instituto suorum complexa coluit, & rei insuper domestica curam agere sedulam ma- ture didicit. Et quamvis vigesimo secundo etatis anno, nutu parentum suorum, anno autem Christi, CIC IC LXXIX, tertio M. Maij, Senator prudentissimus, Vir honoratus, Dn. Adolphus Stütter, eam nuptiis sibi junxit, & ex illa annos intra octodecim, qua- tuor filios & tres filias suscepisset, unus tamen filius unā cum filiâ tantum provectionem adepti sunt atatē, Vir videlicet ornatus, Daniel Stütter, Electoralis in locandis & distribuendis copiis præfectus, & Magdalena, Johannis à VVirths, mercatoris & civis hic Lipsia uxor. Cum autem anno CIC IC XCVII, vigesimo sexto M. Februarij, amississet prænominatum maritum suum carissimum, & per biennium sperans in Deo, & perseverans in obsecrationibus ac precationibus permansisset, difficultatibus rei familiaris multi- fariam auctis, post quam eadem iterum Dn. Johannes Born, jam viduus mæstissimus ambiret, jussu & sua parentis vinculis so- cialibus ipsi conjuncta fuit, die videlicet XXIX. M. Augusti, anno CIC IC XCIX. & cum illo per annos triginta suave hactenus, nec in- fœcundum habuit conjugium, filium siquidem Johannem Born produxit, quem supremis in arte Juris honoribus, Docto ratus nimi- sum, non sine laude & gaudio ornari conspexit. In reliqua vero vita, pietatis omnium virtutum capit is, ut antea diximus, fuit stu- diosissima, & concionibus publicis ipsa interfuit, suisq; ut illas minimè negligerent, serio interdixit, sacrâ quoq; synaxi aliquoties an- no usq; fuit, & ut fidei sue ἐνδείγμα monstraret, quibusdam Schola Thomana alumnis hebdomatim per duodecim annos cibum prabuit, atq; ita, ut Paulus ait, ὅσμην εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν εὐδέσσοντῷ Θεῷ exhibuit. Sicuti vero nemo tam composita felicitatis, inter Christianos præsertim, ut non magna ex parte cum arumnarum varietate luctari necesse habeat, ita & in manægitis, per aqua, per inqua, per prospera & aspera, per fluxus & refluxus ad portum navigare necesse habuit.

LIPSIÆ, Typis exscribebat GREGORIUS RICCI.

1912-1913

DEI gratia, DUX RAYMONDI BIZZANTIA SACRUM, & DUBLINIC rum & ROMANUM,

PERII PRINCEPS, &c.
ACADEMIE LIPSIENSIS.

